VITAE SANCTORUM

Baumgartenberg (?), 1. Hälfte 13. Jh. Seite 104r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=28694
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

rebat cum multa exultatione uiro dei extra
monasterii claustra. innumerabilis
multitudo. In qua tamen processione solos quatuor
precurrentes idem frater quem uidebat agnouit.
magnum illum dilectorem eius atque dilec-
tum. cuius et ipse in libro quarto de considera-
cione cum laude meminit. gaufre-
dum carnotensem episcopum. humbertum quoque qui
igniacensis cenobii fuerat primus ab-
bas. et duos germanos eius guidonem
scilicet et gerardum. Excepit itaque reuen-
tem. et post osculum pacis amica diu col-
loquia miscens. pater sanctus cum his quatuor. stabat
expectantes deorsum multitudine ceterorum.
Nouissime salutantes eum predicti uiri.
ex hoc iam sibi redeundum esse dicebant.
Tum uero expalluit ille. et circumfusa sibi
mestitia. intimum declarans animi do-
lorem. quid ergo ait sine me uultis abire?
Et illi: Non possumus adhuc tuo nunc que
satisfacere desiderio. donec ueniat tempus
nouorum. Dicebant autem tempore nouorum quo fru-
ges noue colligerentur. sicut euidenter
postmodum probatum euenit. dum in augusto
mense decessit. Mane ergo frater ille cui hoc
ostensum fuerat. consolatus est ceteros uelut iam
imminentem patris obitum formidantes.
et quid uiderat et audierat indicauit.
Adhuc autem hyemps erat.

Eodem tempore alia quoque uisio prioris con-
firmatio fuit. non quidem euidentia iam
utrique completa ueritas probat. quoniam euidenter
innuitque quod futurum erat dominus reuelauit:
Videbat enim frater quidam. et ecce parabat
uir beatissimus ascendere in ierusalem. itaque
ipso in precinctu iam nunc erat. Ad quem ue-
nerabilis odo quem apud nos primus fere annis contin-
nue satis et laudabiliter conuersatus
in monasterio. absentium consueuerat
propositorum supplere uices. reuerenter
accedens. dicebat se precessurum: Cuius
uisionis sic ostensa est ueritas. ut predictus
uir deo dignus ad celestem ierusalem in
uere uisio pacis. parantem iam egredi.
et paulo post secutum patrem felici fuerit
legatione preiret.

Sed et albas quidam satis ei et loco
uicinus et deuotus animo. paucis diebus ante
felicissimum patris huius excessum. uide-
bat eum preciosissimis ornatum sacerdo-
talibus indumentis. et excellenti perfusum
gloria. cum ingenti sollempnitate ad al-
tare deduci: Ad cuius introitum ecclesia
magna resultans uocibus exclama-
bat. puer natus est nobis: Vere et enim
puer ipse erat mitis et humilis corde.
et sicut paruulus accipiens regnum dei. in
cuius introitu gratulabunda natali ange-
lica multitudo. et omni parte sanctorum ec-
clesia. dum nobis uidetur mori. sibi illum nas-
ci. dum hic consummaretur ibi incipere.
mori tamen sonoris uocibus quoniam nouis pa-
ribus concinens exultabat. Si enim ad unius
penitentiam peccatoris tota illa celestis
regio in leticiam suscitatur. que nam illi
gaudia exhibuisse credenda est.